Distinctio XXIII Cap. IX et X fol. 186

est p̄t̄fex sumus: vñ dicit ap̄licus: Qui et
papa vocatur s. patrē patr̄. Qualis aut̄ eli-
gi debeat p̄sbyter apl̄s scribens Timotheo
ostēdit: vbi noīe ep̄i p̄sbyter significat. Hoc
aut̄ officio ysus est christus cū sc̄p̄m in ara
crucis obtulit: idē sacerdos t̄ hostia: t̄ quā-
do post cenā panē t̄ vinū in corp̄ suū t̄ san-
guinē cōmutauit. Ecce de septē ecclesiē gra-
dibus breuiter eloqui: quid ad quēc perti-
neat insinuauimus. Lūc̄ oēs sp̄iales sint t̄
sacri excellēter: tamē canones duos t̄m sa-
cros ordines appellari cēsent: diaconat̄ sc̄z
t̄ p̄sbyteratus: quia hos solos primitua ec-
clesia legitur habuisse: et de his solis prece-
ptū apostoli habemus. Apostoli em̄ i singu-
lis ciuitatibus ep̄os t̄ p̄sbyteros ordinave-
runt. Leuitas etiam ab apl̄is ordinatos le-
gimus: quoꝝ maximus fuit bēat̄ Stepha-
nus. Subdiaconos ḥor acolitos pcedente
tpe ecclesia sibi constituit.

Quid sit quod hic dicitur ordo.
Capitulum IX

Si aut̄ querit: quid sit
sq̄d hic vocat̄ ordo. Sane dici p̄t̄ si
agnaculū esse. i. sac̄y qddā quo sp̄ua-
lis potesta traditur ordinato t̄ officiū. Cha-
racter ergo sp̄ualis vbi sit p̄motio p̄t̄l/or-
do v̄ gradus vocat̄. Et dicunt̄ hi ordines
sacramēta: qz in perceptione res sacra. i. ḡfa
confert: quā figurāt ea que ibi gerūtur.
Addi. Ben.
de vurima. In ordine tria sunt. Anū qz est sacramentū t̄m: sc̄z
aliqz visibile quo spiritalis p̄t̄s credi ostendit
cā forma verbor̄: t̄ sic determinata sunt in ostiarijs tra-
ditio clauij materialiū cū formari sic de alijs. Secundū
est res t̄m. s. gratia infusa. Tertiū est res et sacramentū.

**De nominibus dignitatum vel
officij. Capitulum X**

Sunt et alia quedā nō
ordinū sed dignitatū vel officiorū
nomina. Dignitatis simul et officij
nomen est ep̄s. Episcopatus aut̄ vocabu-
lum inde dictū est: qz ille qui ep̄s efficit/ su-
perintēdat/ curā. s. subditoꝝ gerēs. Scopin
em̄ grece latine intēdere dicit̄. Ep̄i aut̄ gre-
ce latine speculatores interpretātur. Nam
speculator est p̄positus in ecclesia dicit̄: eo
qz speculetur atqz perspiciat populorū infra-
se positor̄ mores t̄ vitam. P̄ot̄fex est prin-
cipes sacerdotū/ quasi via sequentiū. Ipse t̄
summus sacerdos nūcupatur. Ipse em̄ leui-
tas t̄ sacerdotes efficit. Ipse omnes ecclesi-
asticos ordines disponit.

**De quadripertito ordine episco-
porum.**
m
Dl. 21.c. de
ros. qz per
totū. quadripertit̄ est. s. in patriarchis/ archiep̄is/ me-

tropolitanis t̄ ep̄is. Patriarcha grēce sum/ Patriarcha!
muis patrū interpretat̄: qz primū. i. ap̄licū te-
net locū: vt roman⁹/ antiochen⁹/ alexandrīn⁹/
ostātinopolitan⁹; s. oīm sūm⁹ ē roman⁹. Ar/ Archiep̄s,
chiep̄s p̄nceps ep̄oz. Archos em̄ grēce la-
tine p̄nceps dicit̄. Metropolite aut̄ a men-
sura ciuitatū dicunt̄. Singulis em̄ p̄uincijs
peminēt: quoꝝ auctoritati t̄ doctrine ceteri
sacerdotes subiecti sūt. Sollicitudo em̄ to-
tius p̄uincie ipsis ep̄is cōmissa est. Oēs aut̄
superi⁹ designati ordies ep̄i nūcupant̄. Mo-
ta qz archiep̄oꝝ noīe p̄imates superlus signi-
ficasse videtur: t̄ metropolitanoꝝ quos nūc
archiep̄os dicimus. Hoꝝ aut̄ discretio a gē
tilibus introducta videſ: qui suos flamines/
alios simp̄l flamines/ alios archiflamines:
alios p̄toflamines appellabāt. Sacerdotes Isidors.
em̄ gentiliū flamines dicebantur: qui habe Flamines q
bant in capite pileū in quo erat breuis vir-
ga/ desup habēs aliqd lane: qz cū p̄ estū fer-
re nō possent: filum t̄m in capite ligare cepe-
runt. Nudis em̄ capitibus eis incedere ne-
fas erat. Uli t̄ a filo quo vteban̄/ flamines
dicti sunt quasi flamines. Sed festis dieb⁹
filo deposito: pileū imponebat pro sacerdo-
tū em̄ t̄m. Uates a vi mentis appellati Uates.
sunt: cui⁹ significatio multiplex est. Ab̄d̄ em̄
sacerdotē modo prophetā: modo poetā si-
gnificat. Cantor ḥo vocatur qui vocē mo-
dulat in cātu. Ihuus sunt duo geneta: p̄cen-
tor t̄ succētor. Preceptor qui vocē p̄mittit in
cātu. Succētor qz subsequēter canēdo respō-
det. Cōcentor aut̄ dicit̄ qui p̄sonat. Qui au Hugo. li. 2. p. 3. ca. 13.
tē noī cōsonat nec cōcinit/ cōcentor nō erit.
His breuiter tractatis: admonēdi sunt chri-
sti ministri/ quatenus sicut excellūt ordinis
dignitate: ita p̄cellant vite sanctitate: vt
plebs eis cōmissā eorūqz disciplinis edocta
gratāter eis obediāt: et eorum imitatiōe de
die in diē pficiat: a quibus diuina sacra-
menta percipiūt/ t̄ missarū solēnia audiūt. Ab̄is
sa aut̄ dicit̄: v̄l quia missa est hostia cuius
cōmemoratio fit in illo officio: vnde dicit̄:
Ite missa est. i. sequimini hostiaz que missa
est ad cōfessioꝝ tendētes post eam: vel qz mis-
sus celestis venit ad cōsecrandū dñicū cor-
pus: p̄ quē ad altare celeste defertur hostia.
Ende t̄ dicitur: missa est.

Ista est dist. xxiiij. hui⁹ quarti libri: in qua ma-
gister post qz superi⁹ determinauit de sa-
cramētis qz ordinant̄ ad remediu m̄ p̄sonē hic defini-
nat de lacris in remediu totius ecclesie. Et dividit̄ ūdu-
as p̄tes. Primo determinat de sacramento ordinis qz
ordinat̄ ad gubernationē ecclesie t̄ spiritalē multipli-
cationē. Scđo de matrimonio qz ordinat̄ ad multiplicati-
onē fidelij naturalē. Scđo ps incipit in. xxvi. di. Pri-
ma ps adhuc dividit̄ in duas p̄tes. In prima determina-
nat de sacramento ordinis. In secunda parte de offert̄/ offi-
cib⁹ hoc sacramētu m̄ t̄ de suscipiēt̄. Scđo ps i. xxv. di.
st̄. incipit. In prima parte tria facit. Primo em̄ nume-
rum sacramentor̄ ordinū proponit. Secundo officia t̄

Liber IIII Capitulum IX

Dignitates q̄ ordines sequuntur subdit. Tertio quandam salutem ad monitionem subiungit. Prima p̄ vlos ibi: Sunt et alia que. Secunda vlos ibi: His breuiter tractat. Tertia vlos ad finem dist. In spāli sua magistri statū tribus ponit: quā p̄ma est hec. Septē sacros ordines christus i semetipso exhibuit: et istos vniuersali ecclesie obseruandos reliquit. Hanc magister insinuās p̄ponit: q̄ se p̄tem sunt gradus sine ordinis ecclesiastici: sc̄z ostiarij/lectores/exorciste/acoliti/subdiaconi/diaconi et sacerdotes: quorum omnia officia christus in semetipso ostendit: et corporis suo. Ecclesie hos ordines obseruandos reliquit. Sunt autē septem: ppter septiformē sc̄z gratiā sp̄sancti: cui⁹ gratie qui nō sūr particeps: indigni ad gradus ecclesiasticos accedunt: qui x̄o priusq; ad hos ordines accedant hanc gratiā habent: in ipsa promotione ampliorē accipiunt. Ex quo patet hui⁹ sacramenti effeſt. Hui⁹ autē ordines propter sui dignitatē dignos requirunt ministros. Ex quo patet suscipientiū conditio. Postea dicit: q̄ bos ordines p̄cedit clerical consura: que quidē corona regale dignitatē significat: q̄ x̄o i summitate capituli nudat sit: erectione mentis ad deū: et contemplationē designat. Usus autē huius tonsure initium habuit a nāgareis: quoꝝ ritus paulus et christiani imitati sunt. H̄es. x̄o in ordinib; constituti clerici vocant: quia i fortem dñi et hereditatem sūt admissi. Cleros em̄ grece lors vel hereditas latine dicunt. Ut q̄romnes diuino servitio sūt mancipati. Postea de his ordinib; determinat singulatim: incipiens ab ostiarij q̄ sūt primi inter ordinū gradus. De q̄bus quartor determinat. Primo figurant: q̄ figurant sūnt in veteri testamēto p̄ ianitores q̄ custodiabant templū ne ingredereſ i illud immundus. Secundo noīs rationē sine officiū. Dicunt em̄ ostiarij: q̄ presunt ostiarij templi: ut dignos recipiat indignos excludant. Tertio ordinandi modū: q̄ in eoꝝ ordinatione dantur eis claves ab epo cū determinata forma verboꝝ q̄eps dicit. Agite tanq; deo rōnē reddituri p̄ rebus que clavis istis reconducuntur. Quarto institutionē: quia christus hoc officiū exercuit quādo vendentes et emētes de templo eiecit. Unū et ipse de se dicit: Ego sū ostiarij: p̄ quod ostiariū designat. Postea dicit de secundo ordine. Lectorū. De quo ser determinat. Primo noīs rationē: q̄ dicunt a legendō: q̄ etiā pronunciatores vocant: q̄ procul auditoꝝ aures eorū vox adimpleret. Secundo officiū: q̄ ad eos p̄tinet prophetias et psalmos legere et eadē populis p̄dicare. Tertio ordinandi modū. In ordinatioꝝ em̄ librū diuinarū lectionū ab epo accipiunt cū determinata forma verboꝝ. Sc̄z: Accipe et esto verbi dei prolator: habiturus si fideliter adimplueris partem cum his q̄ bñ. verbi dei administrauerunt. Quarto conditionē: q̄ qui ad hunc ordinē assumūt: debet sc̄ia litterarū esse instructus: ut distincte legat: et sic possit auditouribus p̄dēſſe. Quinto institutionē: q̄ hoc officiū christi adspicit q̄ legit illud Esiae. Sp̄us dñi sup me: ut habeat lumen. Et q̄. Terto p̄figurationē: q̄ p̄figuratum et nunciatum est hoc officiū in prophetis: q̄bus dñi lama/ne cesses: quasi tuba eralta vocē tuā. Postea determinat de tertio ordine. s. exorcistarū: de q̄b; q̄nq; determinat. Primo noīs rationē: dicunt em̄ exorciste quasi adiurātes. Secundo officiū: q̄ ad eos p̄tinet p̄ exorcismos suos de mones ab obsessis fugare. Unū debent mūdi esse q̄ spiritibus immunis imperat. Tertio ordinandi modū: q̄ liby exorcismo rū in ordinatione recipiunt ab ep̄is cū determinata forma verboꝝ. s. Accipite et habetote potestate imponēti manū sup energuminos et cathecuminos. Quarto institutionē: q̄ dñs hoc officiū v̄lus ē: qnū saliuā oris sui tetigit aures et lingua surdi et muti: et demoniacos multos sanauit. Quinto figurā: q̄a Galomoe videb̄ h̄ordō p̄mit⁹ descedisse: q̄ quēdā modū exorcēdi inuenit q̄ demones adiurari ab obsessis pellebāt cordib;. Unū et s. officio mācipati/exorciste ap̄d iudeos vocati sunt. Postea determinat de quarto ordine. s. acolitoꝝ: de q̄ quinq; determinat. Primo noīs rōnē: dicunt em̄ acoliti grece cerofari latine: q̄ cercos portant ad signū leticie demōstrādū: et ad figurādū vexlumē. s. christū. Secundo officiū: q̄ ad eos p̄tinet luminaria portare et p̄parare: ac subdiaconis ministare in p̄paratione viceoli vini et pro-

aque eucharistia. Tertio ordinandi modū: q̄ candelab̄ cū cereo et viceoli ordinatione accipiunt. Quarto institutionē: q̄ hoc officiū christus v̄lus fuit cū dixit: Ego sū lux mūdi. Quinto figurā: q̄ hui⁹ figura p̄cessit in veteri testamēto: in his q̄ luceruā cādelabru cōcinnebāt. Postea determinat de q̄nto ordine. s. subdiaconorū: de quib; quattuor determinat. Primo noīs rōnē: dicunt em̄ subdiaconi: q̄ diaconi et p̄ceptis subiacēt. H̄i figurati sunt i veteri testamēto p̄ nathinuēos: de q̄bus dicunt: Paral. Esdra: q̄ erat ministri leuitarū. Unde nathinuēi dicunt: quasi i humilitate dñi seruētēs: qd̄ subdiaconis conuenit: qui sunt ministri leuitarū. Secundo officiū: q̄ calicē et patena portant: ppter quod mūdi calice habere debet: vt impleat illud: Mundamint q̄ fertis vasa dñi. Sacerdotibus et leuitis ministrat: et ornamentoꝝ alaria speciale curā habet. Tertio ordinandi modū: q̄ patenā et vacuū calicē accipiunt: et vacuolū cū aqua et manu est q̄ lintheo s̄c̄p̄xit: et mittens aquā in peluim/pedes discipulorū lauit et lintheo tersit. Postea determinat de sexto ordine. s. diaconorū: q̄ sexto loco ponit ad p̄fectionē que in eis esse debet. De q̄bus qnq; determinat. Primo noīs rationē: q̄ detribu leui nomen trairū: dicunt em̄ leuite. Unū p̄mo i eis figurati fuerunt: dicunt em̄ grece diaconi et ministri. Secundo officiū: q̄ ip̄is sacerdotib; et sacramentoꝝ disp̄cētatione assistunt et ministrat. Primo noīs rationē: q̄ detribu leui nomen trairū: dicunt em̄ leuite. Unū p̄mo i eis figurati fuerunt: dicunt em̄ leuite q̄ leno humero stola portant: q̄ labores hui⁹ vite in leua portant: sicut in veteri testamēto. Huic ordini a Moysē statutū fuit: q̄ ad tabernaculū p̄tinebat portare. Tertio conditionē institutionis diaconi. Ap̄ostoli em̄ elegunt septē viros plenos sp̄sancto. Unū septē solēt esse in principaliꝝ ecclēsijs: etiā p̄ sepr̄ angelos tuba canētes in Ap̄ocalypsi significant. Quales autē esse debeat apls ad Timothē docet: q̄ anteq; ordinēt p̄bāt debent: vt s. ministrent nullū crimen habēt. Quarto ordinē: di modū: q̄ in ordinatione ep̄s eis manū imponit. H̄ā et apli diaconibus quos elegerunt/ orōne p̄missa manū posuerūt. Ponit etiā stola supra leui humerū. Eccē piunt etiā diaconi textū euangelij i ordinatione. Quinto institutionē: q̄ christus hoc officio post cenā v̄lus cū q̄i sacramentū sui corporis et sanguinis discipulū disp̄cēt: t q̄i ap̄los dormientes ad orōne incitauit. Nam ad diaconos p̄tinet p̄monere aures ad deū habere. Postea determinat de septimo ordine. s. p̄b̄yterorū. De q̄bus sex determinat. Primo em̄ noīs rōnē: dicunt em̄ p̄b̄yteri. i. seniores: ppter dignitatē et honorē quem accepunt. Et q̄ moī prudentia et maturitate couersationis in populo p̄cellere debet. Dicunt em̄ sacerdotes: vel q̄ sacra dant: vel in sacris sunt duces: q̄ sanctificat. Ante s̄c̄tūs dīcunt: q̄ ati alios debent stare. Secundo officiū: q̄ ad sacerdotes p̄tinet sacramentū corporis et sanguinis p̄ficere/ orōnes dicere/ et dona p̄ ei b̄ndicere. Tertio ordinandi modū: q̄ in ordinatione eis manus inungūt: p̄tētā cū hostijs calicē cū vino accipiunt: et stolam que tenet vtrūq; latus: q̄ cōtra aduersa et p̄spēra armis iusticie debet esse induitū suē muniti. Quarto figurā: q̄ hic ordinē in filiis dñi fuit figuratus: t. lxxij. discipuli quos christus designauit: quorū vices p̄b̄ri in ecclēsia tenēt: tamē inter apls unus princeps existit. s. petrus: cuius successor est summus p̄tifer: qui etiā dicit papa. i. pater patrū. Quinto conditionē: qui etiā dicit papa. i. pater theū ostēdit: qualis debet eligi p̄b̄ri: vbi p̄b̄rem nomēne ep̄i designat. Sexto officiū: quia christus hoc officio v̄lus est i ara crucis quādo seip̄m obtulit: ille fuit sacerdos et hostia: q̄i post cenā panē et vinū in corpus et sanguinē suū mutauit. Postea dicit q̄ solū duo ordines diuinae ecclesie habent: alios dñi p̄cessu tēporis ecclēsiaſi sacri/ quidā nō. Et dicit q̄ ordo dicit quoddā sacrū per quod specialis potestas tradit ordinato: t hi ordines dicuntū sacramēta: q̄ in eis sacramēta conferunt et significantur. s. gratia. Ex quo patet ordinū quedā cōuenientia: q̄ em̄ in omnibus hīmōi gradibus tradit aliquā p̄tā ſpiritalis: ideo nomen ordinis omnibus conuenit: q̄ etiā

Distinctio XXV La. I Fol. 187

In oībus cōferēt significātū sacrīm: ideo oīs dicunt sa-
cri. Postea dicit qd quēdā sunt noīz: qd nō ordinē sed di-
guitatē vel officiū nomināt: sicut cōfī/pontifices/patri/
archi t archiepī t metropolitani. Epus em aut pōtīfex
est: qd habet alijs intendere t principari: qd cōfī dicitur
a scopīn grece/qd latine intēdere dī. Unde etiā cōfī gre-
ce/dicunt latine speculatorē. Nā speculatorē pōpositus
in ecclēsia dicit: in eo qd speculatorē debet mores t vitam
pploz infra se positor. Pontifex est princeps sacerdo-
tū quasi via sequentī: ipse enī sumus sacerdos nūcupa-
tur: eo qd sacerdotes t levitas efficit. Deinde dicit: qd or-
do epoq qdriptitus est. s. in patriarchis/archiepīs/me-
tropolitanis t epīs. Patriarcha grece sumus patrum
interpretāt: qd primū. l. apīlī tenet locū: vt Romanus/
Antiochenus/Alexandrinus: t sic de alijs. Archiepīs
do summus est episcopox. Et dicit ab archos quod ē
princeps. Metropolitanus dicit a mensura civitātū qd
bus pēminet. Ibi nota: qd archiepox noīe primates su-
perius significasse videat: t metropolitanox noīe quos
nunc archiepīcos dicimus. Secūda ppō est hec
que sunt istorū ordinū officia clare patet ex iā pōdictoz
sententia. Hec patent ex hīmissis vt ipsam expīnit p.
positio. Tertia ppō est hec. Ministri christi maio-
res qd pēcūlūt ordinis dignitate/etī pēcellere debēt vi-
te sancritate. Cuius rōnem asserit: vt plebs eis cōmissa
eoꝝ imitatione semp p̄ficat. Addit etiā hinc vnde dici-
tur missa: qd in ea mītrī hostia: cuius cōmemoratio fit ī
sacrificio: qd missus celestis venit ad consecrandū. Et
tm̄ in speciali de sua huius distinctionis.

Dist. XXV
habet. 5. ca.
cū eoz. h.
De dīpēta/
tōne faciō or-
dīnis.

De ordinatis ab hereticis.

Capitulum I a

Soleat etiā que-
ri: si heretici ab ecclēsia pēcīsi t
dānati possint tradere sacros
ordines: t si ab eis ordinati re-
deentes ad ecclēsī vītātē debeāt reordi-
nari. Hanc qdītōnē pplexā ac pene insolubi-
lē faciūt doctoz verba: qd plurimū dissenti-
re vident. Cidēt em qdā tradere hereti-
cos sacros ordines dare nō posse: nec illos
qdāb eis ordinati vident/ ḡfam recipere. Di-
cit em Innocē. arrianoꝝ clericos nō videri
fūscipiendoz cū sacerdotiū vī ministeriū ali-
cuiꝝ dignitate: qbus solū baptismā ratum
esse pmitit: qd in nomine patris t filij t spi-
ritus stiū p̄cipit. Dicit etiā eos nō posse dare
spiritus sanctū quē agiſerūt: t ordiuatos ab
hereticis caput habere vulneratū: t eum qd
honorē amīſit/honorē dare nō posse: nec il-
lum aliquid accepisse: quoniam in dāte nihil
erat qd ille posset accipere. Tradit etiā ve-
nientibꝝ ad hereticis p manus impositionē
laicā t m̄ tribuendā cōmūnionez: nec ex his
aliquē in clericatus honorē vel exiguū sur-
rogare. Grego. etiā dicit sacerlegā esse arria-
gat. i. q. i. c. noꝝ cōsēcratōnē cū ex eoz manu cōmūnio
supēuentē p̄cipit. Cyprianus etiā dicit: oīa qdūqz fa-
ciunt heretici/carnalia t inania t sacerlega
stola ī herē esse: t eoz altaria falla/ t illicta sacerdotia
tōs. t po/ t sacrificia sacerlega: qui more simiāz: qd cū
noīs inquit hoīes nō sint/formā imitanī humānā: vul-
tū ecclēsī catholice t auctoritatē sibi vendi-
cant: cū ipſi in ecclēsī nō sint: t cū sint sacrile-

gi/sacerdotiū admīnistrāt t altare ponunt:
cū nec sacrificari oblatio illic possit/vbi spi-
ritus stiū nō sit: nec cuiqz dñs p eius p̄ces t
orōnes p̄sit/qd dñm ipsum violauit. Hiero.
quo oīz assērt oīa qd offerunt ab hereticis/cō
taminata esse in p̄spectu dñi: qd licet sancta
videanī specie sui: tñ qd p̄tacta sunt ab illo
qd pollutus est/polluunt oīa. Idē. Odit de
sacrificia hereticoꝝ t a se p̄cīt: et quotiēs
in nomine eius congregati fuerint/detestat
fetore eoz t claudit nares suas. Idem. Illi
offerunt panē sacerlegū t̄c. Leo etiā testat
extra ecclēsiam nec rata ēē sacerdotia/nec ve-
ra esse sacrificia. Idē etiā dicit p crudelissi-
mā vesaniā in alexandrina sede oīum sacra-
mentoꝝ lumē extīctū. Intercepta est sacri-
ficiū oblatio: deficit chrismat̄/sanctificatio:
t paricidalibꝝ manibus impioꝝ oīa se sub-
traxere mysteria. His alijsqz testimonijs a/
strui vident/sacra ecclēstica p̄cipue corporis
t sanguinis/ordinationis t cōfirmatiōis p
hereticos non posse ministrari.

Auctoritates ponit que vidētur
p̄missis obviare. b

Econtra aut̄ alijs sentire vi-
denī/qd ab hereticis etiā p̄scīsis sacri ordies
sicut t baptismus tradi valeant:nec ab he-
reticis redeentes/qd illic ordinati sunt t ba-
ptizati/itep̄ ordinandi sunt: sicut nec bapti-
zandi. Unī Aug. De hereticis etiā dānatis Aug. in li. 2. 3
qd quidā dicunt:baptisma qd accepit/ non ep̄sam ad pme
amittit: qd recedit ab ecclēsia: ius dandi qd
habet. i. q. i. c. tianic. 13. b. t
accepit/amittit: multis modis apparet ina-
niter dici. Primo/ qd nulla ostendit causa:
cur ille qd illud baptismā amittere non pōt/
ius dandi possit amittere. Ut rūqz em̄ sacra
mentū est: t quadā p̄secratōe vtrūqz homi-
dat: illud cū baptizat̄: t illud cū ordinatur
Ideo non licet in catholica ecclēsia vtrūqz
iterari. Nā si qd̄ ex ipsa pte vniētes etiā qd
positi, p bono pacis correcto schismat̄ erro-
re suscepiti sunt: t si visum est op̄ esse/ vt ea-
dē officia gererēt qd agebant: nō sunt rursus
ordināti. Sed sicut baptismus in eis/ ita in
eis mālit ordinatio integrā: qd in p̄scīsōe fu-
erat vītū qd in vītātē pacis est correctum
nō in sacris: qd vītūqz sunt/ipsa sunt. Et cū
ipſi expedire vident ecclēsī/ vt p̄positi eoꝝ
veniētes ad catholica societatem honores
suos ibi non administrēt: non eis tñ ipsa or-
dinationis sacramēta detrahunt/sed super
eos manēt. Ideoꝝ non eis in pplo manus
imponit: ne non homini/sed ipſi sacramēto
fiat iniuria. Sicut aut̄ in baptismō ē ius qd
p̄ eos dari possit: sic in ordinatione ius dan-
di est: vtrūqz quidē ad pernītē suam. Sed Aug. vbi. 5
aliud est nō habere; aliud p̄nitiose habere: c. 13. e

Liber IIII Capitulum II et III

aliud salubris habere. Idem. De his vero quod ab ecclesiis unitate separati sunt: nulla iunctio est: quin et habeant et dare possint: sed punitiose habet: punitioseque tradunt: quod extra vinculum pacis sunt. Et infra. Neutri sacramento facienda est iniuria. Et infra. Sicut non recte habet quod ab unitate recedit: sed tamen habet: et ideo redenti non reddit: sic etiam non recte dat quod ab unitate recedit: et tamen dat: et ideo qui ab eo accepit venienti ad unitatem non iteratur. Idem. Aliud est non habere vel illicite usurpare. Non ergo ideo non sunt sacramenta christi et ecclesie: quod eis illicite utantur non modo heretici: sed etiam oes impiorum: sed illi corrigendi sunt et puniendi: illa autem sunt agnoscenda et veneranda.

Breg. Jo. ra/
68. sicut semel.

Itē Grego. Quid dicitis: ut quod ordinatus est/ uenati epo di/ itē ordine/ valde ridiculosum est: ut enim baptizatus semel/ itē baptizari non debet: ita quod secratus est semel/ in eodem ordine non valet itē consecrari. His alijsq; auctoritatibus videt assisi: in oib; impiorum etiam in hereticis pscisis et damnatis/ christi sacramenta permanere cum iure dandi. Possunt enim dare/ sed punitiose: et quibus dederint non sunt item ordinandi: quod missis ex opere obvia/ re videntur.

Determinatio premissae contradictionis auctoritatum. La. II c

Pecantē quidā ita de terminat. Dicunt enim hereticos accepta sacerdotali vel episcopali unitione ab ecclesia recedentes/ baptismi quodam dandi ius retinere: sed non habere facultatem tribuendi sacros ordines/ vel cosecandi sicutum corpus: postquam pscisi et damnati sunt ab ecclesia. Sicut degradatus epus non habet potestem largiendi sacros ordines: facultatem tamen baptizandi non amusit. Quid vero Augustinus ait/ intelligunt dictum de hereticis: quod non sententia ecclesie/ sed prauitate sensus sui a fidei veritate ac doctrinę unitate diuissimū sunt: quod licet tales sint/ ius tamen ordinandi et cosecandi habent: et quod ab eis ordinantur ante manifestationem pscisionem: etiam si cum eis apte exierint: et sua ecclesie damnati fuerint: tamen si redierint itē ordinandi non sunt. Et ybi cū legitur de ordinatis ab hereticis/ quod seruatim eis ordinibus ministrare valeant: vel itē ordinandi non sint: de hīmō accipiendū dicunt. Nam postquam pscisi fuerint et damnati iudicio ecclesie: ius ordinandi et secrandi eis detractū asserunt/ ut degradatis vel excommunicatis. Alij vero dicunt sacra ab hereticis et pscisis formaz ecclesie celebrata/ vera esse et rata: quod recedentes ab ecclesia ius dandi et secrandi non perdiderunt: et quod sic ab hereticis ordinantur: cum rede-

Sed et opinio
probabilis

unt/ itē ordinandi non sunt. Quod vero ab hereticis aliter quam in ecclesia sunt/ falsa sunt et inania: et quod a talibus ordinari videntur: non minus/ sed vulnus accipiunt. Et secundum hanc differe/ rentiam varie de his loquuntur doctores. Qui Tertia op/ dā vero dicunt/ eadem sacra ab hereticis pscisis non et vera/ posse celebrari quam a catholicis: si ab illis for/ mag ecclesie serueret: et ab eis celebrata ha esse/ et rata quantum ad se: quantum vero ad effectum/ falsa esse et inania: et in his quod male tractant: et in his quod male suscipiunt. Ideo irrita et falsa/ quod quod permittunt et conferre credunt/ non tribuunt. Damnata etiam dicuntur: quod illicite dantri/ bus vel accipientibus sunt in iudicium. Polluta/ ta etiam dicuntur: non quantum ad se/ sed propter in/ dignam hereticorum tractationem. Ideo Grego. comunione Arry/ vocat execrationem: et In/ nocentius Bonorum ordinationem damnationem/ Non quod ita in se sint/ sed quod male datus vel ac/ cipientes tales facit. Sicut etiam Hiero. sacri/ ficia eorum panem luctus vocat: non quantum ad se/ sed quantum ad effectum. Nonnulli vero tradunt/ illos hereticos quod in ecclesia ordinati sunt: ius/ ordinandi et secrandi etiam cum separati fuerint/ habere. Qui vero in schismate vel heresi posse/ ti ab eis ordinati et inuncti fuerint: illo iure/ carent. Ideo quod cum ordinare volunt/ vulnus/ potius insignit quam gratiam conferant.

Nota. Quod de substantia ordinis sunt sex. Primum est Additamentum/ sexus virilis in ordinando: mulier enim non regula/ caput characterem. Secundum est materia. I.e. quod tangat quam tamē/ da sunt: ut inunctio et similia. Tertium est forma verborum. Quartum est intentio. Quintum est pars ordinantis: quia/ oportet quod sit epus. Sextum est quod ordinandus sit baptizatus. Baptismus enim ianua est omni sacramentorum. Sexus mate/ teria baptismus velle potestas. Exigit hic ordo: verbo/ rum ponito formam. Quidam etiam dicunt quod prima tonsura/ sit de substantia ordinis: quod sine ipsa non possit alius or/ do confiri. Sed credimus quod hec opinio falsa sit. Nam/ posito etiam quod sit ordo/ adhuc sine ipso possit quod ad alios/ puenire. Nullus enim ordo materialis est respectu alterius.

De simonia unde dicitur: et quid sit. **C**apitulum III

De simoniacis vero non/ est ambigendum: quoniam sunt heretici: quod/ tamē ante sententiā degradatiōis/ et ordinati et secrati. Et licet simoniaci pro/ prie dicant quod istar simonis magi impiciabili/ Ad. 8.0/ le gratiam pecunio cōducere volunt: et quod per mini/ sterio sacro pecunia recipiunt in modū. Sieci: 4. Reg. 5.0/ sententia percelluntur.

De bis qui sciēter a simoniacis/ ordinantur.

Differt tamē inter eos quod/ ordinantur a simoniacis sciēter: et eos quod igno/ rāter. Qui enim sciēter a simoniacis se p̄misere/ Urbanus p̄/ rent secrari/ imo execrari: eorum consecratio/ pa. 1. q. 1.0/ si quod a simo/ fab

Distinctio XXV Cap. III et V Fol. 188

oīno irrita est. Qui xō ordinant a simoniā
cis: quos cū ordinant nesciunt esse simoniā
acos: qz tunc p catholicis habent: eoꝝ or
dinatio misericorditer sustinetur.

De his qui dicūt se emere corpo
ralia et non spiritualia.

Paschal.ⁱ
a.3. c. si qd
oblecterit

Si vero aliqui obiecerint
se non cōsecrationes emere/f res ipsas q ex
cōsecratioē pueniūt; penit^r decipe pbanc.
Mā qslqz hoꝝ alteꝝ vendit sine q alteꝝ non
habet:neutrū vendere derelinquit.

Distinctio simoniacorum.

Capitulum III

Simoniace autē here
sis triptita ē distinctio. Alij enim si
moniace a simoniaciis ordinantur.
Alij simoniace a nō simoniaciis. Alij non si
moniace a simoniaciis. Usi Nicola^r papa.
Statuum^r decretū de simoniaca triptita hē
resi. i. de simoniaciis simoniace ordinatiibus
vel ordinatis: t de simoniaciis simoniace a
non simoniaciis: t de simoniaciis non simo
niace a simoniaciis. Simoniaci simoniace or
dinati/vel ordinatores fm canones a pro
prio gradu decidat. Simoniaci etiā simoni
ace a non simoniaciis ordinati sūlter ab offi
cio remoueant. Simoniacos xō non simo
niace a simoniaciis ordinatos/misericordif
p manus impositionē p temporis necessita
te in officio pmittimus pmanere. Qd intel
ligendū est de his qui ordinant a simoni
aciis: ignorantes eos esse simoniacos; hos fa
cit simoniacos non reatus criminis/sed or
dinatio simoniaci.

Alco. papa
I.c. i.c. sta
tum^r decre
tum.

Alexander papa de his qui vio
lenter a simoniaciis v̄l ab hereticis
ordinantur.

Alex. I. q. i
terga simo
niacos.

Similit cū decreuit Ale
xander papa simoniacos oīno dānādos ac
deponēdos; subintelligendū est/nisi violē
ter quis attractus fuerit. De his em t a qui
buslibet hereticis violenter ordinatis dicit
Innocē. q possunt habere aliquē colorē ex
cusationis/si statim discedūt ab eis: t pessi
mo eoꝝ conciliabulo renunciant.

De etate ordinandoū ita decre
vit Nicolaus papa. **Capitulum V**

Dist. 77. et
78. qd p ro
tum.

SAcī inquit canones
sanxerūt: vt subdiacon^r nō ordinet
ante qttuordecim ānos: nec diacon^r
nus ante xxx. nec p̄sbyter ante. xxx. annos.
Deinde si dign^r fuerit ad episcopatuꝝ eligi
pōt: qd nos etiā pari mō seruare iubemus.

Fabianus

Jtē Fabian^r. Si qs. xxx. etatis nō implue

rit annos: nullo mō p̄sbyter ordinet/ tū val
de sit dignus: qr t ipse domin^r tricesimo an
no baptiçat^r est: t sic cepit docere.

Luce. 3. d

Ista est distin. xxv. huius qrrī libri: in q magis
mēto ordinis: nūc cōsequeter de hoc sac̄o cōferētib^r et
suscipientib^r determinat. Et tria facit. Primiū em inqui
rit: an hereticis sac̄m ordinis possunt conferre seu dare.
Secō ostendit simoniacos fore q dant pecuniā p ordi
nibus: t cītī qui aliquid p ordinibus psumunt accipere.
Tertio quō ignorantē ordinati a simoniaco/debeam^r
misericorditer tolerare. Primiū facit vslqz ibi. Ne simo
niaciis xō. Secundū vslqz ibi: Differū tamē inter eos.
Tertiū vslqz ad finē distin. **C**In speciali sentētia magis
tri stat in tribus pōnib^r: quā pīma est hec. Aliqui
dicunt q sacramēta ab hereticis fm formam ecclie cele
brata sint vera t rata. Alij aut q sint falsa t reprobata.
Hanc magister insinuās querit: an hereticī ab ecclia p
scīs possunt sacros ordines cōferre. Et virtutē ordinati
ab eis debent reordinari. Et dicit hanc questionē esse
difficilē t pplexam/ ppter diuersitatē doctoz opinantiū
circa eā. Quidā em dicunt hereticos nō posse ordinare
t ordinatos ab eis non esse in suis ordinibus suscipien
dos/ sed tū ad latēam cōmunione. Grego. dicit Tertia
noz cōsecrationē sacrilegā esse. Cyprian^r dicit sacramē
ta hereticoz inania t sacrilegā esse. Hiero. dicit: que of
ferunt ab hereticis cōtaminata esse t deo oibilia. Leo
papa dicit nō esse rata sacrificia extra ecclīa/nec vera.
Postea ponit cōtrariā opinionē dicentiū ab hereticis
ordinēs tradi posse: t ordinatos ab eis nō esse itez ordi
nandos: quia maxime Augustinus dicere videt: sicut
ius habet baptiçandi/ita etiā t ordinandi: sed hereticī
tale ius habent ad sui perniciem: catholicī xō ad salu
tem. Gregorius dicit ordinatiū semel nunqz debere reo
dinari. Postea circa hanc dubitationē tangit diuersā
opinionē. Quidam enim dicunt hereticos ab ecclia p
scīs baptiçandi ius habere/non aut ordinandi: t au
toritates que in contrariū sunt/ debent intelligi de he
reticis qui fm sententia ecclie sunt ab ecclie prescīs:
tales enī ius habet baptiçādi. Alij xō dicunt: q sacra
ab hereticis t pscīs collata/ t fm formā ecclie conse
rantur/ vera esse t rata. Alij xō neqz. Et fm hāc diffe
rentiā varie de his doctores loquunt. Alij autē dicunt
sacramēta ab his collata vera esse in se: si forma ecclē
sie seruetur: falsa esse t inania quo ad salutis effectum.
Damnanda esse dicunt hereticoz sacramēta: quia pre
stantibus t accipientibus sunt in iudiciū: t fm hoc pos
sunt intelligi/ vt dicunt auctoritates supradicte. Alij ve
ro dicunt hereticos in ecclie ordinatos ius ordinādi
habere: eos xō qui in heresi nequaqz. Postea dicit si
moniacos esse hereticos: t ante degradationē ordines
conferre posse. **C**Secō apō est hec. P̄o collatione sa
croꝝ ordināntes t accipientes pecuniā/simoniaci
dicunt: t pto tali delicto ambo eadem pena puniuntur
Hanc magister insinuans dicit: q simoniaci proprie
dūcūt emperatores a simone mago denoſati: vēdentes gie
site sic dicti a seruo helicei. Lū largo noſe vtriqz dicun
tur simoniaci. **C**Tertia apō est hec. Qui ignorāter a
simoniaciis ordinant ipsoꝝ seruitū misericorditer toleratur
Hāc magis pones dicit: q ordinati a simoniaci sc̄iēter
cōsecrationē irritā hāt. Qui xō sunt ordinati ignorāter
p̄t misericorditer in ordine sustineri. Et qr posset aliqz dice
re q nō emit sp̄itale vt cōsecrationē/ sed tpale emit sp̄i
rituali ānexū: vt res ipsas q ex cōsecratioē pueniūt: t sic
nō est simoniaco. Ideo h̄ remouet h̄ dicēs/ q qn̄ aliqua
duo sunt p̄fecta/nō vñ sine alto potest tñ vel vendi.
Postea ponit triplicē distinctionem simoniace heresis
dicēs: q qdā simoniaci simoniace a simoniaciis ordinā
tur. Quidā aut simoniaci simoniace a nō simoniaciis or
dinant: t vtrqz istoz sic ordinatoꝝ, p̄tū gradū p̄dit.
Tertiū xō q nō simoniace a simoniaciis ordinant/p̄t t
illi misericorditer tolerari: dūmō ignorāt eos q ordināt simo
niaciis esse. Id est erāt q cū dū ordinat ab hereticī v̄l
a simoniaciis esse dānādos: ē intelligēdū/ nūt aliqz vio
lēter ab eis ordinaret. Ultimo determinat de suscipien

Liber III Di. xxvi La. II et III

**tib⁹ ordines q̄tū ad etatē dices: q̄ subdiacon⁹ an̄ deci-
mū quartū annū: diaconus ante. xxv. annū: p̄sbyter an̄
tricessimū annū ordinari nō debet. Et tñ in speciali.**

Dicitur. XXVI. De sacramento coniugii: cur' institutio et causa ostenditur. Ca. I a
babet. 4. cap.
cum eoꝝ q.
De matrimonio fm causaz
formalem.

Orum alia sa-
cramēta post pctm t ppc pec-
catū exordiū sumperint: ma-
trimonij sacrm etiā ante pctm
legis institutū a dño: nō tñ ad remediuū sed
ad officiuū. Refert eīn scriptura Gen. in adā
missō sopore: atq; vna de costis ei⁹ sumpta/
t exinde muliere formata: virū in spū intel-
ligentē ad quē ysum mulier facta esset: post
Gen. 2. d extasim pphetice dixisse. Hoc nūc os ex ossi-
bus meis/ t caro de carne mea: propter hoc
relinquet homo patrē t matrē/ et adh̄erebit
vroui sue: t erunt duo in carne vna.

De duplice institutiōe cōiugij: b
Loniugū autē institutio du-
plex est. Una ante p̄ctm ad officiū facta est
in paradiso/vbi esset thorus lmaculatus et
nuptie honorabiles: ex q̄bus sine ardore cō-
ciperēt:sine dolore parerēt. Altera post pec-
catū ad remediuū facta extra paradisum/p-
pter illicitū motū deuitandū. Prima: vt na-
tura multiplicaret. Scda: vt natura excipe-
ref/t virtū cohiberef. Nā t ante p̄ctm dixit
deus: Crescite et multiplicamini:t post pec-
catū oībus pene hoībus p̄ diluuiū consum-
ptis. Qd̄ xō ante p̄ctm institutū fuerit cōiū-
giū ad officiū/post p̄ctm xō ad remediuū cō-
cessum Auḡ testat/dicēs. Qd̄ sanis est ad
officiū/egrotis est ad remediuū. Infirmitas
enī incōtinentie q̄ est in carne p̄ p̄ctm mor-
tua ne cadat in ruinā flagitior̄: excipit ho-
nestate nuptiar̄. Si xō nō peccasset prim̄
homies: si carnis incētiuo ac feruore libidi-
nis ipsi ac successores eor̄ p̄uenirent. Et si
cut remunerabile est aliquod bonū op̄/sic co-
tus eor̄ bonus esset et remunerabilis. Qui
xō ppter p̄ctm letalis cōcupiscētię lex m-
bris nostris inheret/sine qua carnalis nō f-
cōmixtio:rep̄hēsibilis est et malus coit: n-
si excusatetur per bona coniugij.

¶ Quando secundū preceptū: qn-
do secundū indulgentia contractū
sit coniugium. **Capl'm II**

Rima institutio habuit pceptum: secunda indulgētiā. Dicū dicim⁹ em⁹ ab aplo humano genere ppter vitandā fornicationē indultū esse piugiū. Indulgētiā x̄o q̄ meliora non eligit: remediū habet nō pmiū: a quo si q̄s declinauerit meret exitiale iudicium. Quod

in li. 3 nuptiis
et concubiscetia.
Ex statutis synodaliis
Bysfisi Archipri Colomoy
Prohibeatur fregit sar-
dotes sibi subdissit suis
vel peccatorum ne si-
de sibi deit cladem sine eti-
oribus super ma-
tino. contrahendo. Rom. 7.10.
et alia contrahat ma-
tino. si publice rogam
peccato et roga plumbum ut
faciat. et si alii fidem
dererit de contrahendo l'
contraherent. ipos quos i-
gitur scripti ex contrahendo
denunt excommunicati.
Allie Excoriorum estis qui
clamdet hinc impetrab-
it suorum in officia misere-
nobus et officiali modo vel
ordinario loco quoque incul-
cetur. **M**eritis propinquis q
est sacerdotes singulis
domini diebus excoerant os-
tendendo tristis falsos habe-
runt et ratta et collo super scat-
volunt q*o*s srala pman-
volum in orari brac-
Allie Excoriorum estis illi
q*o*s. et d*o* p*o*. fr*o*. gr*o*.

¶ fm indulgētiā concedit: voluntariū est/
non necessariū: alioquin transgressor esset q
illud non ficeret. Et potest sane intelligi il-
lud sub p̄cepto dictum homib⁹ p̄mis ante
peccatū: Crescite et multiplicamini: quo
etiam post peccatū tenebanſ vſc̄ quo ē facta
multiplicatio: postq̄ fm indulgentiam ma-
trimoniū cōtractus fuit. Ita etiam post dilu-
uium quo vniuersum pene humanū genus
deletū est: fm p̄ceptum dictum ē filiis noe:
Crescite et multiplicamī. Multiplicato dō
homine fm indulgentiā contractum ē/non
fm imperium.

¶ Quib⁹ modis accipiatur indulgentia.

Indulgētia autē diuersis
modis accipitur. s. pro p̄fessione / p remissio u. **C**or. 7.8
ne / pro p̄missione. Et est p̄missio in nouo te-
stamento de minoribus bonis / et de minori-
bus malis. De minoribus bonis est coniu-
gium: qd non meret p̄lhiā sed est in reme-
diū. De minoribus malis. i. de venialib/
est coitus: qui sit causa incōtinētię. Illud. s.
coniugium indulgetur. i. conceditur. Illud
qo / id est coitus talis permittitur. i. tolerat
ita q non prohibetur.

Quod nuptie sint bone. **C**la. III e
Verunt autem nonnulli

Eheretici nuptias detestates qui **T**a
tiani appellati sunt: hi nuptias oino
damnae: ac pares fornicationib^z alijsq^z cor
ruptionibus faciunt: nec recipiunt in suoꝝ nu
mero coniugio vtentem marem vel feminam.
Quia aut res bona sit coniugii modo ex eo p
bas: q^z dñs legi coniugii instituisse inter p
mos paretes: sed etiam q^z in chana galilee nu
ptiis interfuit christ^z: easq^z miraculo comedere
davit aqua in vinum conuersa. **Q**ui etiam post
ea virum dimittere uxore prohibuit nisi can
sa fornicationis. Apostolus etiam ait. Virgo
non peccat si nubat. Constat ergo rem bona
esse matrimonii/ alioquin non esse sacramen
tum. Sacramentum enim sacrum signum est.

Quattuor causas habet matrimonii. I. **Materialis** est ipe psonae legitime. Formalē/efficiētā fina
II. **Materialis** est ipe psonae legitime. Formalē/duplicē
III. **Substātialis** alia accidentalis. Substātialis et efficiētā fina
ens idē sunt. I. cōlens animo p verba de psoni exp̄
sus. Accidentalis est solēnitatis q̄ sit ibi vbi benedictio et
annuli subarratio et hmoi. Finalis silt duplex est. I. pro/
lis p creatio et fornicationis vitatio. Silt et alia finali
sed secūdarie. I. recōciliatio hostiū et hmoi. Per b̄ patet
q̄ sint de substātia matrimonii. De qb̄ etiā nota verius
Consensus/p̄sens verbum/nihil impeditaq̄.

Lui⁹ rei sacramētū sit p̄mgiū. f
Cum ergo coniugij sacra

Lum ergo coniugii facia-
mentū sit: et sacram signū est: et sacre rei scz

Terribilis erit. **E**t propinqua mortalis faciat illos et illas quod totum mortalem in rotundis fortificatio. Itaturas
et malis finia facient et suos prout erit. **R**epipinna non aliqd mortale fuit sed etiam quod habet deus festinus. Et cum
per eum a secessore in portachio est celebatur. mortale publicum. / publici gloriamur. quod tales volunt rotundis
mortale. Si aliqd sit. quod finis legitimi spes dimicet et eob. propter angustias. **H**oc modi mortale in rotundis habet. **E**t hoc sub per-
petuariis subditis suis precepit sacerdotes. **E**t ipsi sacerdotes sicut de his spes dimicet et iugat. Si at apparuerit probabit
rotundura rotunda.

Ca. III ~~Distin.~~ XXVII **Ca.** I **Fol.** 189

cōiunctionis christi t ecclesie: sicut ait apostolus. Scriptū est inq̄t: Relinquet hō patrem t matrē t adherebit yxori suę: t erunt duo in carne vna. Sacramētū hoc magnuz est: ego aut̄ dico in christo t in ecclesia. Tlt em̄ inter coniuges coniunctio est fm̄ cōsen sum animoꝝ t fm̄ p̄mixtione corporoꝝ: sic ecclēsia christo copulaſ volūtate t natura: q̄ idem vult cum eo: t ipse formaz sumpsit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa sponso sp̄ualiter t corporaliter. i. charitate ac conformitate nature. Ihius ytriusq; copule figura est in coniugio. Consensus enī coniugii copulam sp̄ualem christi t ecclēsiae fit p̄ charitatē significat. Comixtio yō se xuū ille significat q̄ fit p̄ nature cōformitatē

Qualiter intelligendum sit illud:
mulier illa nō pertinet ad matrimo-
nium: cum qua non est cōmīxtio se-
xuum. **C**apitulum III G

Tnde est qđ quidā do-
ctoz dixerūt illam mulierē nō ptine-
re ad matrimonij ā nō erperitur car-

Aug. 27. q. nalem copulā. Ait enim Aug^o. Non dubium
2. c. non est est illam mulierē nō pertinere ad matrimo-
niū/cum qua doceat non fuisse cōmixtio se-
Leo pa. ibi xus. Item Leo papa. Cum societas nuptia-
dēc. cū so rum ita a principio sit instituta: vt p̄ter cō-
societas

Leo pa. ibi dēc. cū societas xus. Item Leo papa. Cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta: ut p̄ter cōmixturenē sexū non habeat in se christi et ecclie sacramentū: non dubium est illā mulierē nō p̄tinere ad matrimonium: in qua do-

Als mini
steriū.
Augustin⁹
in soliloqo
cetur non fuisse nuptiale et mysteriū. Itē Au-
gusti. Non est perfectū coniugū sine cōmi-
xtione sexū. Hoc si fm superficiē verborūz
quis acceperit: inducit̄ in errore tantum / vt
dicat sine carnali copula non posse contra-
hi matrimoniuū: ⁊ inter mariam ⁊ ioseph nō
fuisse coniugium / vel non fuisse perfectum:
qd̄ nefas est sentire. Tanto em̄ sanctius su-
it atq; pfectius / quanto a carnali ope immu-
nius. Sed supius posita ea rōne dicta intel-
ligēdum est: nō qn pertineat mulier illa ad
matrimoniuū / cum qua non est permixtio se-

xuum: sed non pertinet ad matrimonium/qd
expressam & plenam tenet figuram coniunctionis
christi & ecclesie. Figurat enim illa unionem
christi et ecclesie qd est in charitate: sed non
illam qd est in natura conformitate. Est ergo &
in illo matrimonio typus coniunctionis christi
& ecclie s illi? tñ qd ecclia christo charita-
te vni: non illius qd p susceptionem carnis
capiti membra vniuntur. Nec ideo tñ min? san-
ctum est coniugium: qd vt ait Augus. In nu-
ptiis plus valet sanctitas sacramenti qd secundum
ditas ventris. Est etiam coniugium signum spiri-
tualis coniunctionis & dilectionis animorum
qua inter se coniuges ymri debent. Unde

apostolus ait. *Vtiri diligite vxores vestras* Ephe.5.2. *pisc.* . *Donec nos*
vt corpora vestra. *vol officialis* . *26.2.*

Ista est dist. xvij. huius q̄rti libri: in qua magister postq̄ supius determinauit s̄a cramento ordinis qđ ptinet ad spiritualē ecclie multiplicatiōne: hic determinat de matrimonio qđ ptinet ad ei⁹ multiplicationē naturalē. Et dividit hic tractat⁹ in quinque partes. In prima determinat de matrimonio ī se. In secunda de eius causa efficiēte. In tertia de eius fine. In quarta de eius bonis. In quinta de eius causis materialib⁹. scilicet ponitis contrahentibus. Prima ps durat a principio dist. iiii usq̄ ad. xxvij. dist. q̄ incipit: Post hec aduertitur. Secunda usq̄ ad finē. xxx. dist. quasi vbi dicit: Exposito q̄ sit efficiēt. Tertia usq̄ ad. xxij. dist. q̄ incipit: Post hec de bonis coniugij. Quarta abinde usq̄ ad. xxvij. dist. que incipit: Huc lugest attendere. Quinta usq̄ ad xliij. dist. q̄ incipit: Postremo de cōditione resurrectiōnis. In p̄sentī distin. tria facit. Primo tēpus et locū institutionis hui⁹ sacramēti demonstrat. Seco matrimoniū cōdēmantes reprobat. Tertio eius mysticā significationē recitat. Primum usq̄ ibi: Fuerūt nōnulli heretici. Secundū usq̄ ibi: Cū ergo cōiungū. Tertiū usq̄ ad finē distin. ¶ In speciali sententiā magistri stat in trib⁹ p̄ponib⁹: quaz p̄ma est hec. Cōiungij sacrm̄ fuit in paradise ante p̄tm̄ solū ad officiū p̄mo institutū: nunc secundario in remediu. Hanc magister insinuās: ponit p̄mo hoc sacrm̄ ante p̄tm̄ institutū fuisse q̄uā adā dixit: Hoc nūc os ex offib⁹ meis: et nibilominus post p̄tm̄ institutū: et sic duplex est eius institutio. Differt autē p̄ma a secūda: qz p̄ma facta est in paradise: secūda extra paradisū. Itē p̄ma facta est ad officiū nature multiplicande: scda ad remediu cōcupiscēt. Itē p̄ma fuit in p̄ceptū necessitatib⁹: scda fuit voluntaria a tpe multiplicatiōne generis humani. Et est accipienda fm̄ indulgentiā q̄nq̄. p̄ remissione q̄fīo. p̄ cōcessionē q̄nq̄. p̄ p̄missione. Hic autē p̄ p̄missione accipit. Permitit autē cōiungium nō q̄st malū sed q̄st minus bonū. ¶ Secunda p̄pō est hec. Heretici dicti Tatiani in hoc p̄nitiose errant/ q̄ nuptias cōdēnat errore dannantū et derelictū nuptias: ostendens/ q̄ bona res sit matrimoniu. q̄ hoc/ q̄ christus interfuit nuptijs: et p̄cepit vrore a viro nō dimitti. Aut aplū ad Epb. ait. Ait diligite viores vestras sicut. p̄pā corpora vestra. ¶ Tertia p̄pō ē hec. Elector p̄ ecclesia nō solū iungit christo spiritualiter: sed etiā vere et corporaliter. Hanc magister insinuans dicit/ q̄ matrimoniu est signū cōiunctionis christi et ecclie in cōformatitate nature: et signū vniorū i charitate. Que duo matrimoniu carnali copula cōlummat pfecte significat. Est tñ pfectu matrimoniu in quo ē cōsensus animorū sine carnali copula. Deficit tñ ab haec pfecta significatiōe: Iz quedā auctoritates vndeā diceret: tale nō fore vez et pfectu matrimoniu. Matrimoniu tñ est tñ cōsensus animorū est signū dilectionis: quia coniuges inter se vniri debent. Aug. em̄ dicit. Idius valet sanctitas sacramenti q̄ secūdiras vtris. Et tñ in speciali.

Que sunt consideranda in cōiugio. **C**apitulum I D*icitur*. xxviii
habet. 6. cap.
cum cap. 6.

Dicitur aduersus
tendū est quid sit coniugium: et
quod sit efficiens causa coniugij: et
causa propter quam contrahit
beat: et quod sint bona coniugij: et quod per ea excusatur
coitus carnalis: et quod sint legitime personae
ad matrimonium. Sunt et alia plura in matrimonio consideranda que sub compendio perstringemus.

Quid sit coniugium. b.

Liber III Capitulum II III et IIII

27.q.2.1pn. **S**unt ergo nuptie vel matrimonii viri mulierisq; cōiunctio maritatis/inter legittimas psonas indiuidua vīte p̄suetudinē retinens. Ad indiuidua p̄suetudinē vīte pertinet/q; absq; p̄sensu alteri? neu ter p̄tinētiā p̄fiteri potest/vel orationi vācare:t q; inter eos dū viuit/vinculū coniugale p̄manet:vt alij se copulare non liceat: t vt unicē alter alteri exhibeat qd quisq; si bi. Hac autē descriptione legitimoz; t fide lium tm̄ matrimonii includitur.

Con sensu qui efficit cōiugū. **C**apitulum II

Efficiens autē causa matrimonii est cōsensus:nō q̄libet sed p̄ v̄ba exp̄ssus: nec de futuro/s; de p̄sentī. Si em̄ consentiūt in futurū/dicentes: Accipiā te in virū t ego te i vxore:nō ē iste cōsensus efficac m̄rimoniū. Itē si cōsen tiāt mēte t nō exp̄māt v̄bis vel alijs certis signis:nec talis cōsensus efficit m̄rimoniū. Si autē v̄bis explicat/qd tñ corde nō volūt: si non sit coactio ibi vel dol?: obligatio illa verboz qb; cōsentiuūt dicētes: Accipio te in virū/t ego te in vxore:m̄rimoniū facit.

Auctoritatibus probat q; solus consensus facit matrimonii. **D**

Qd aut̄ cōsensus matri-

Ibidem moniū faciat/subditis probat testimonij. **A**bi. s.c. Ait em̄ Isid. Cōsensus facit m̄rimoniū. Itē sufficiat. **N**icola^o papa. Sufficiat sol^o fm̄ leges eorū

cōsensus/de quoz coniunctionib; agit: q; solus si forte in nuptijs defuerit/cetera etiam cū ipso coitu celebrata frustrant. Itē Joā.

Joā. Chrys. M̄rimoniū qdē nō facit coit?/v̄o v̄bū. S.c. matrī lūtas: t ideo non soluit illud sepatio corpo moniū. **I**bide.c. cū ris. Itē Amb. Non defloratio virginitatis initiatur

facit coniugū/t pactio coniugalis. Ex his apparet q; cōsensus.i. pactio coniugalis m̄ri moniū facit: t extūc cōiugū est: etiā si non p̄cessit vel secura est copula carnalis.

Quando incipiat esse coniugū. **C**apitulum III

Ond em̄ ab ipsa de sponsatione in q; pactio coniugal

Ambro. in li. stimonia. pbāt. Ait em̄ Amb. Cū initiatur de virginibus cōiugū/p̄iugū nomē asciscit:cū p̄iungitur v̄ro/cōiugū est:non cū viri admixtōe co initiatur. **I**sid. li. ethi. gnoscit. Itē Isid. Coniuges veri^o appellant a p̄ma desponsationis fide:q̄uis adhuc inv. Aug. li. 8bo ter eos ignoret cōiugal p̄cubit. Itē Aug. no cōiug. 17.q. Coniūx vocat ex p̄ma desponsationis fide 2.c. coniuges. quā concubitu non cognouerat:nec fuerat agnitus;nec peierat: nec mēdax manserat

cōiugis appellatio: vbi nō fuerat/nec futura erat carnis vlla cōmixtio. Prop̄ qd fidele Matth. 12.8; p̄iugū ambo parētes ch̄ri vocari meruerit: Luce. 3.e. nō solū illa mas/s etiā ille p̄f el?: sic coniūx matris el?: vtrūq; tñ mēte/nō carne. Ex his euidēter insinuat:q; ex tpe q; intercedit con sensus voluntari ac maritalis: q; sol^o coniūgū facit: veri cōiuges sunt sp̄sūs t sponsa.

Secundū quosdā nō est p̄iugū ante carnalem copulam:sed sponsi et sponsae sunt.

Quidā tñ afferūt verū coniugū nō p̄trahi aī traductionē t carnalem copulā:nec v̄e cōiuges esse aliq; aīq; intercedat cōmixtio sexus:s; a p̄mo fide despōsa tionis vir sp̄sūs t mulier sp̄sūla ē/nō cōiūx. Sp̄sūs aut̄ t sp̄sūlas cōiuges freq̄nter ap pellari dicūt:non qr̄ sint/s; qr̄ futuri sūt:cui rei sponsonē inuicē fecerūt: t fm̄ h̄ v̄ba p̄missaz auctoritatū intelligēda fore tradūt.

Quā ratione nituntur. **G**

Qd vero inter sponsam et coniugē plurimū intersit/ex eo astruunt: qr̄ licet sponsa ante carnalē copulā inconsulto vel nolente sponso monasteriū eligere: q; factō/sponso etiā licet aliā ducere. Coniugat̄ v̄o vel coniugata nec continētiā/nisi ex cōi cōsensu seruare valet:nec monasteriū petere/nisi vterq; continentia paris p̄siteat. Q; v̄o liceat sponsa monasteriū eligere/aucto ritatib; sc̄tōz pbāt. Ait em̄ Eusebi^o papa. Desponsatā puellā non licet parētibus aliū viro tradere:tñ licet sibi monasteriū elige re. Itē Grego. Decreta legalia desponsataz si conuerti voluerit/nullo penit^o censuerit dāno multari. Refert etiā Hiero. q; Alba charius iter christi heremitas p̄cipiuū/cele brato nuptiali coniuiio/cū veipse thalamū esset ingressurus/ex vrbe egrediēs/trāsmari na petiūt t heremī solitudinē sibi elegit. Be atus etiā Alexius s̄līr ex nuptijs diuina grā vocat^o/sponsam deseruit: t nud^o christo fa mulari c̄p̄it. His auctoritatib; t exēplis li querit:licere sponsis sine consensu suaq; spon saz/t econuerso continentiam profiteri.

Qo coniugatus vel cōiugata ne queant cōtinētiā profiteri sine al terius cōsensu. **C**apitulu III b

Noc autē cōiugatis nullaten^o licet. Non em̄ p̄t vir me lioris vīte p̄positū sumere/sine v̄ro consensu/et econuerso. Unde Gregor^o scribens Theotistē patricie. Sunt qui dicūt religionis causa coniugia debere solui.

Distinctio XXVII

Capitulu V Fol. 190

Mat. 5. e. Unde sciendū est: quia etsi hoc lex humana p̄cessit/tamē lex diuina prohibuit. Si vero virisq; cōueniat continentē vitam duce/re: hoc q̄s audeat accusare? Sic em̄ m̄stos sanctor̄ nouimus cū suis coniugib; t prius continentē vitam duxisse t post ad sanctę ecclesię regimina migrasse. Si vero continentiam quam vir appetit mulier non seq/tur: aut quam vxor appetit vir recusat: coniugium diuidi nō potest: quia scriptum est.

